

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. I. Peccate specie & essentialiter distinguuntur ex rectitudinibus,
quibus privante. Accidentaliter ex circumstantiis, quà tales sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

SECTIO DECIMA.

De Distinctione specifica Peccatorum.

Ex hac tenus dictis perspicue manifestum est, jure divino necessariam existere omnibus post Baptismum lapis Confessionem peccatorum, non in genere dumtaxat, sed potius in specie ac signifikatione. Sed quia difficultas est cognitione peccatorum in specie ac signifikatione, hinc frequens Confessio non integra, saltem materialiter. Et quamvis accurata explicatio distinctionis specifica & numerica peccatorum, propriè pertineat ad Tractatum de Actibus humanis, aut de Virtutibus & Vitiis in communis, evidentem cedendo Multorum praxi, placuit hic eas distinctiones sub brevitate transcurseri, in quantum ipsarum notitia necessaria est ad integrè confitendum. Incipiendo igitur à distinctione specifica, Dico primo:

CONCLUSIO I.

Peccata species & essentialiter distinguuntur ex rectitudinibus, quibus privat. Accidentaliter ex circumstantiis, quā tales sunt.

Pecatum (inquit D. Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 27.) est, factum vel dictum vel concupitum aliquod contra aeternam legem, Lex vero aeterna est; ratio divina vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari iubens, per turbari venans.

Hanc definitionem peccati sic explicat Scotus 2. dist. 37. n. 11. ibi: Ad primum dico, quid dictum, factum, concupitum accipiunt tamquam materiale; sed dictum & factum, ut materiale remotum; sed concupitum dicuntur materiale proximum. Contra Legem Dei dicitur formaliter in peccato.

Igitur peccatum consistit formaliter in privatione seu negatione conformitatis ad legem: si enim peccatum est actus vel omissionis contra legem; ergo non secundum legem: ergo habet negationem eius, quod est esse secundum legem. Ergo per illam negationem constituitur actus vel omissionis in ratione formalis peccati: hoc quippe negatione seclusa, numquam habetur peccatum; illa autem potius, & quocumque alio secluso, semper ha-

betur peccatum. Ergo illa negatio est ratio formalis, sive est id, à quo actus vel omissionis formaliter denominatur peccatum: non quasi intrinsecè componat illum actum vel omissionem, quæ denominatur peccatum (constat enim, quia privatum non potest esse de essentia aliquius entis positivi) sed quia actus ille positivus in se bonus, & forte etiam conveniens naturæ rationali, non intelligitur peccaminosus, nisi consideratus sub negatione conformitatis ad legem.

An autem illa negatio, sit pura negatio, an vero privatio, verborum potius certamini, quām rerum examini deputandum est: utrumque videatur posse dici respectu diverorum; nam respectu ipsius actus vel omissionis culpabilis, non est privatio, saltem physica, sed pura negatio, quandoquidem talis actus vel omissionis non possit habere conformitatem ad illam legem, cui contrariatur: attamen respectu potentiae est vera privatio; illa enim potest & debet habere conformitatem ad legem, cui actus vel omissionis contrariatur, quā utique conformitate caret, ratione hujus actus vel omissionis.

Possem hīc fuisus discurtere de hac controvēsia, sed superfldeo, quia non est præsentis loci: tantum subscrivo verba clarissima Scoti, quæ habet 2. dist. 37. q. 1. n. 3. Loquendo de peccato sive contra legem divinam, sive contra legem humanam, aliquid dicitur peccatum, quia peccans potius discordari legi superioris agentis, & discordavit. Iste igitur actus, qui est in potestate discordantis, & per hoc voluntarius, non est formaliter peccatum; quia si ille esset concors regule superiori, non esset peccatum: ergo in illo actu præcisa ratio peccati est privatio illius concordie.

Et ibidem n. 6. sic ait: Concedo igitur, iuxta solutionem quædam premissam, quid peccatum est corruptio rectitudinis in actu secundo, non autem naturalis, nec cuiuscumque habitudinis: sed non inteligo de corruptione, que est mutatio de esse ad non esse (potest enim peccatum manere post talen mutationem inservire ab esse in non esse) sed intelligo corruptionem formaliter, sicut privatio dicitur formaliter corruptio sui habitus: hoc enim modo peccatum est formaliter corruptio rectitudinis in actu secundo sive oppositus illi rectitudini, ut privatio habitus; non quidem rectitudini, quæ inest, quia tunc duo opposita simul inesse; nec quæ prius inesse illi actu, quia actus non manet, ut possit alterari ab opposito in oppositum; sed quæ debet inesse. Voluntas enim libera debet inesse, ut omnem actionem suum elicere conformiter

720 Disput. 7. De Sacramento Pœnitentie.

conformiter regule superiori, scilicet secundum divinum præceptum: & ideo quando agit discorditer ab illa regula, caret iustitia actuali debitâ. Hoc est iustitia, qua debaret inef acti, & non inef; & hoc carentia in quantum est actus voluntatis deficiens, sicut dicitur in alia solutione, est formaliter peccatum actualis. Hoc supposito:

^{4.} Probatu^s Conclu^s ex Scoto. Conclusio est Scoti ibidem nro. 9. in principio: Ex hoc patet secundum quia cum privationes distinguuntur specie ex distinctione habentium specificas, & numero ex distinctione habituum numerali; peccata, que sunt privationes quadam, scilicet restitutionis, que debent inesse actibus, distinguuntur formaliter ex distinctione talium restituendorum: ut quando debent haberi diverse restitutions specie, sunt carentia diverse specie: & ita non per conversiones ad obiecta, que non sunt mala nisi materialiter, distinguuntur ipsa peccata; sed formalis ratio in eis distinguuntur in comparatione ad restituendum aliam & aliam specie, qua debet inesse.

Idem docet Quodlib. 18. n. 17. ibi: Malitia eo modo differunt, quo bonitas, que debent inesse, si specie, specie; si numero, numero. Privationes enim distinguuntur, sicut habitus natu essent distinguui; putâ sorditas & cecitas suo modo differunt specie privatâ, sicut auditus & visus specie positivâ; & hoc cecitas & illa numero privatâ, sicut hic visus & illa differunt numero positivo.

Et hinc patet, quod non solum distinctione viciorum physice loquendo, sed etiam peccatorum Theologie loquendo, & hoc specie, & numero, & etiam genere accipi potest, non tantum per distinctionem conversionis; quia illa nec per se confitetur, nec etiam distinguunt peccatum ut peccatum; sed accipitur secundum rationem propriam huius privationis, qua est formalis ratio distinguendi privative, sicut habitus (est formalis ratio distinguendi) positivæ. Hactenus Doct. Subt.

^{5.} An Scotorum sit sibi ipsi contrarius? Sed numquid sibi ipsi coitarii sunt dist. 7. n. 12. ubi docet malitiam ex genere delumi ex obiecto diffuso naturæ rationali? Hic triplex bonitati (inquit Scotus) opponitur triple malitia. Prima quidem malitia ex genere, quando scilicet actus, qui tantum habet bonitatem nature, ex quo debet constitui in genere moris, habet malitiam; quia transit super obiectum disconveniens, putâ si odire transi super Deum. Secunda est malitia ex aliqua circumstantia deordinante actum, licet transiat super obiectum conveniens secundum relationem actui (putâ audire Missam, vel dare elemosynam ex vanâ gloria). Tertia est malitia in demerito.

Quid Scotus intelligat per malitiam ex genere intelligat, non aliquam confusam & abstractam malitiam, sed specificam; ut patet in exemplo allato, putâ, si odire transi super Deum. Nam odium Dei nemo dubitat esse peccatum specificum (ut sic loquar) & habere malitiam specificam. Evidem non est hibi ipsi contraria.

rius, quia dist. 37. loquitur de formalis ratione peccati; similiter Quodlibet. 18. hic autem de materiali peccati, five actu; cui inest falso modo privatio restitudinis, qui indubitate specificatur a suo objecto, sicut in esse natura, ita etiam in esse mortis. A quo enim alio specificaretur?

Ab efficiente (inquis) iuxta illud Scoti 2. dist. 40. n. 3. De secundo dico; quod bonitas actus moralis est ex aggregatione omnium convenientium actui, non absolute ex natura actus, sed ex convenienti ei secundum rectam rationem. Quia igitur actus ratio recta dicta determinatum videtur convenire, & determinatum modum, & alias circumstantias, non est completa bonitas ex solo fine: sed prima ratio bonitatis eius est ex convenienti actus ab efficiente, a quo actus dicatur moralis, quia liber elicitus; & hoc est communis actus bonus & malo: neque enim actus est laudabilis nec inimicabilis, nisi sit à voluntate. Ergo prima ratio materialis sumitur ab efficiente.

Respondeo: Loquitur Scotorus de moralitate actus, ut patet ex illis verbis: A quo actus dicitur moralis, qui liber elicitur &c. illamque vocat primam rationem bonitatis & malitiae, quia neque actus est laudabilis, neque inimicabilis, nisi sit à voluntate liberè operante. Ergo ratio specifica bonitatis & malitiae sumitur ab efficiente, qualis Consequientia. Enim vero voluntas indifferens est ad actus bonus & malos, & solum tribuit actui libertatem. A quo ergo specificatur actus bonus & malus?

Secunda conditio (proseguitur Doctor) ex obiecto; quod si sit convenientis, tunc est actus rationis; si inconveniens, actus malus. Ex genere: non quia sit genus propriæ dictum, sed quia est indifferens ad bonitas & malitias ulteriores, qui sumuntur ex circumstantiis specificibus; sicut genus est indifferens ad multas differentias. Vel (ut loquitur Doctor Angelicus 1. 2. q. 18. a. 2. in corp.) genere pro specie accepto, ex modo loquendi, quo dicimus humanum genus humanam speciem.

Aliis verbis id ipsum explicat Doctor Subtilis 2. dist. 7. q. 1. n. 11. Prima (bonitas) competit rationi ex hoc, quod ipsa transit super obiectum convenientem tali actui secundum dictum rationis; & non solum, quia est convenientis tali actui naturaliter, ut sit visione. Et haec prima bonitas moralis, que ideo potest dici ex genere, quia est quasi materialis respectu omnis boni alterioris in genere moris: nam actus transitus super obiectum, est quasi formalis per quamcumque aliam circumstantiam moralem; & ita quasi potentiale non omnino extra genus moris (sicut fuit ipse actus in genere naturæ) sed in genere moris: quia itam habet aliquid de illo genere, putâ obiectum convenientem actui.

Itaque actus peccaminolus, materialiter sumptus, specificam malitiam, id est, quasi Peccatum materialiter, & quidditatem, sumit ab obiecto, juxta illud Osee 9. v. 10. Facti sunt accusatio abominata.

abominabiles talis considerum recte in rebus physicis, a quod principium per patet pote

Hinc qui gat peccata ad objecta, ter, continet, est peccatis etiundem &c. est, privatio per

per

Similiter

citer

distin-

per

disti-

(inquit) Ac-

ne

com-

ver-

re-

peccata-

com-

par-

peccata-

com-

abominabiles, sicut ea, que dilexerunt. Atque sub tali consideratione distinctione specifica peccatorum recte dicitur defumus ab objecto; nam in rebus physicis ab illo defumitur distinctione specifica, à quo defumitur species, quia idem est principium specificativum & distinctivum, ut pater in homine: ergo etiam in rebus moralibus.

Hinc quando Doctor 2. dist. 37. n. 9. negat peccata specie distinguui per conversiones ad objecta, que non sunt mala nisi materialiter, continuo significat, quid intelligat per

Peccata, dicens: Sed formalis ratio in eis (id est peccatis) distinguuntur in comparatione ad re-
stitutinem &c. Negat ergo formale peccati, id est, privationem restitutinis distinguui specie per objecta.

Similiter Quodlib. 18. non negat simpli-
citer distinctionem peccatorum posse accipi per distinctionem conversionis ad objecta; sed (inquit) Accipi potest non tantum per distinctionem conversionis; ergo etiam per hanc accipi potest distinctione peccatorum, sed non ut pec-
cata sunt, id est, secundum esse suum formale;

quia illa conversione nec per se constituit, nec etiam distinguuit peccatum ut peccatum; sed accipitur secundum rationem propriam huius privationis, qua est formalis ratio distinguendi privative, sicut habitus, id est, restitudo virtutis, est formalis ratio distinguendi positiva. Haec latius pro ex-
plianda mente Scotti, à qua ne ad latum un-
guem recedendum existimo, ubi nihil melius
apparet. Igitur Conclusio nostra intelligenda
est de peccato ut peccatum, id est, secundum
formalem rationem, que sicut in physicis, ita
& in moralibus potissimum consideranda ve-
nit.

Sed contra arguit Thomista: Distinc-
tione defumi debet ex illo, quo in peccato se ha-
bet per se, quod est actus; hic enim à peccante
intenditur: privatio solum est per accidentem
intenta.

Respondet Felix Tentat. Complut. tomo
posteriori tract. de Peccatis cap. 2. dist. 1.n. 3.
Illud se habet per se in quacunque re; quod
est formale illius; sed privatio est formale
peccati: ergo in ratione peccati privatio se
habet per se; actus vero positivus est quid
materiale, & sic se habet per accidentem. Ergo
ex restitudine sumenda est specificatio &
distinctio, non vero ex objectis. Neque illud,
quod peccans per se intendit, est specificatio
vnum peccati; nam peccans solum per se inten-
dit delectabilitatem, non peccatum; immo
vellet tale delectabile non esse peccatum. Hec
ille.

Et tamen delectabilitas non specificat peccatum; nam ex se potest esse bona (v.g. de-
lectabilitas copula carnalis) aut falso modo
graviter peccaminosa; & tamen copula car-
nalis cum non sua est peccatum mortale for-
metur.

mentationis: ergo ab illa delectabilitate non
specificatur peccatum, et si per se intendatur.

Ergo licet actus sit illud, quod intendit pec-
cans; non inde recte sequitur, quod ab acto
debeat defumi distinctione peccatorum: nam
certum est, eundem specie & numero actum
physicum, posse habere plures malitias specie
distinguis, putat furtum rei sacrae malitiam in-
justitiae & sacrilegii; & plures specie actus
physicos, posse habere eandem specie maliti-
am, v.g. furtum auri & furtum argenti ma-
litiam in justitiae.

Præterea argumentantur Adverarii ex

D. Aug. lib. 83. qq. q. 6. dicente:

Summum

malum nullum modum habet; caret enim omni bono.

Augusti

Non est igitur, quia nulla specie continetur, totumq;

hoc nomen mali de specie privatione repertum est.

Ego peccatum in quantum peccatum, non
habet speciem neque modum: ergo per pri-
vationem, quam peccatum dicit, non distin-
guitur specie; sed per objecta, que actus pos-
sunt resipienti.

Respondet Felix supra n. 4. quod hoc solum

Felicis.

probat, privationes per se non distinguere pec-
cata, sed ratione restitutinum, quarum sunt

privations. Proprius quod optimus S. Tho-
mas 1. 2. q. 72. a. 1. dicit, quod peccata ma-
gis proprii differunt secundum objecta, non
quia per privationes, & ita per restitutines
non distinguuntur (nam hoc fatetur ad secun-
dum) sed quia species magis accipiuntur ab
entibus positivis, quam à privationibus: &
ita docet, quod ab objectis; quod verum est;
si intelligatur quasi radicaliter & remotè (ut
ipse docet ad secundum) nam ex objectis co-
gnoscimus distinctionem & specificationem
virtutum, ut ab extrinseco, in quo sensu venit
intelligendus S. Thomas. Haculque Felix.

Sed audiamus D. Thomam, qui rem cla-
rius explicat: Ad secundum dicendum, quod pec-
catum non est pura privatio; sed est actus debito
ordine privatus: & ideo peccata magis distin-
guntur specie secundum objecta actuum, quam secun-
dum opposita; quamvis etiam distinguuntur secun-
dum oppositas virtutes, in idem redire; virtutes
distinguuntur specie secundum objecta. Si ita
idem redeunt distinctione specifica peccatorum
secundum objecta actuum, & distinctione speci-
fica peccatorum secundum oppositas virtutes;
ergo etiam in idem redeunt Doctor Angelicus,
& Doctor Subtilis.

i. j.

Peccatum

ut est actus

humanus

specificatur

ab objecto

ut autem

peccatum

est, à recti-

tuin vir-

tutis oppo-

sitione

distin-

guuntur.

Si ita

idem

redeunt

distinc-

tionem

specific

ca peccatorum

secundum

objecta

actuum,

& distinc-

tionem spe-

cificata

peccatorum

secundum

oppositas

virtutes;

ergo etiam

in idem

redeunt

Doctor

Angelicus,

& Doctor

Subtilis.

Y y y

est

Disput. 7. De Sacramento Pœnitentie.

est privatio rectitudinis debita : privatio autem primarij specifatur & distinguitur per formam oppositam, ut patet in cœitate & surditate, quæ primarij specificantur & distinguuntur per visum & auditum.

Ultimum probatur.

Probatur: quia totum esse privationis carentia alicuius esse; ergo talis erit, quale fuerit illud esse, quo privat. Ex quo infert Scotus, actum malum formaliter, sive peccatum ut peccatum est, proximè sumere speciem à privatione, quæ formaliter constituitur; radicaliter vero ab honestate opposita. Nec repugnat hæc assertio cum illa, quæ dicit, maius speciem sumi ab objecto, v. g. ideo velle mentiri esse malum formaliter, quia mentiri est malum objectivè: nam semper manet illud, quod privat proximè & immedietè respectu positivum, quo privat. Et quia illud positivum dicit ordinem ad objectum, etiam hæc privatio suo modo respicit objectum, quod est prima radix bonitatis, & privationis talis bonitatis in actu.

Restat una difficultas, & non modica: videlicet, si peccata specie distinguuntur secundum oppositas virtutes; quomodo fieri possit, ut eidem virtuti opponantur diversa specie peccata, v. g. liberalitatè avaritia & prodigalitas; justitiae furtum, homicidium, detracitio.

Responso Felicis.

Respondet Felix suprà n. 5 sufficere ad multiplicandas malitias, quod diverso modo recedatur ab eadem virtute. Cum ergo rectitudine liberalitatis recedat avarus per defectum, ex nimio amore divitiarum fugiens sumptus necessarios; & prodigus, ex nimio contemptu pecuniarum, non solum amplectetur sumptus necessarios, sed etiam superfluos; uterque non attingit liberalitatem, quæ in medio consistit (sicut alias virtutes morales) iste per excessum, ille per defectum peccat: & sic avaritia & prodigalitas sunt virtus specie distincta, quia diverso modo recedunt ab eadem virtute; sicut extremi colores, ut album & nigrum, si comparentur ad colorem medium, habent privationes specie distinctas: in nigro enim est privatio viridis, quia est carentia, non opacitatis, quæ viride accedit ad nigrum, sed illius quo viride vergit in album: & similiter in albo est privatio viridis, cum sit carentia, non eius quo viride accedit ad album, sed illius opacitatis, quæ viride vergit in nigrum. Unde quacumque virtus, faltem moralis, specificare potest duo peccata specie diversa, ex diverso modo recedendi ab illa. Ex quo patet, quod in eodem numero actu physico, possunt esse plures malitiae specie diversæ, v. g. in adulterio: nam sunt diversæ privationes specie, una opposita temperantiae, altera opposita justitiae. Hæcenus Felix.

Sed non videtur satisfacere: licet enim Non vide.

avaria & prodigalitas, ista per defectum,

hæc per excessum recedant à medio virtutis ^{et} liberalitatis; equidem furtum, homicidium, detracitio per solum defectum recedunt à medio justitiae; & tamen sunt peccata specie distincta. Per quid? Non per rectitudinem oppositam; nam virtus justitiae particularis est species infima: non etiam per diversum modum recedendi, nam (ut liquidum constat) omnia recedunt à medio justitiae per defectum; non tribuendo seu auferendo cuicunque jus suum. Per quid ergo? Numquid per objecta materialia? Certum est, diversiter objecti materialis non semper sufficere ad specificam distinctionem peccatorum, ut manifeste patet in exemplo supra allegato, putat in furto auri & furo argenti. Quando tamen (inquit Herenix part. 2. dis. 5. n. 44.) in diversis objectis materialibus apparent diversa & dissimiles indecentia, sunt peccata specie distincta; ut patet in ablatione vita, honoris & bonorum fortuna, in quibus reluet valde diversa indecentia.

Sed hoc est, quod queritur; cum enim non priuent nisi eadem decentia, scilicet honestate justitiae; & priuent eodem modo, scilicet per recessum à medio, & distinctione objecti materialis non semper sufficiat; unde ostitur illa diversa indecentia? Sive ergo distinctiones peccata specie per virtutes oppositas, sive per objecta, & qualis est difficultas in assignando principio distinctionis specificæ horum peccatorum. Quid ergo dicendum?

Respondeo: Per rectitudinem, quam Conclusio nostra assignat præ principio specificatio peccatorum, non intelligitur rectitudino seu virtus habitualis; sed rectitudino actualis: nam peccatum secundum formalem rationem peccati, est privatio rectitudinis debita inesse actu; ergo privatio rectitudinis actualis. Jam autem furtum, detracitio & homicidium sunt ei oppositorum eidem rectitudini habituali, scilicet virtuti justitiae particulari, quam patamus esse speciem infimam; attamen diversæ rectitudini actuali: potest namque eadem virtus inclinare in actu specie distinctis, ut patet in habitu Charitatis, qui inclinat ad amorem dei, & proximi propter deum, qui sunt actus specie distincti, non tantum in esse natura, sed etiam (secundum Aliquos) in esse moris, id est, habent distinctas specie bonitatis, propter diversam participationem seu applicacionem objecti primarij & formalis: nam bonitas divina intrinsecè competit deo, extrinsecè solum proximo.

Cur ergo similiter justitia, estò sit species infima, non possit inclinare voluntatem ad conservationem vite, ad conservationem famæ, & bonorum fortuna? Quæ utique res, cum sint planè distinctæ rationis, & distinctionis ordinis, videntur tribuere specialem honestatem & non solum distinguere illos actus specie in

esse physico

quid sit de

Deum, qui

cicbonitate

Profecto

15.

After con-

tinuerat ri-

pa, vel p-

mina negatu-

ritissimum est

furtum esse

unum reced-

& aliud per

specie recti-

vant eadem

deficiendo à

modo confe-

lio modo

homicidium

per detrac-

tionem boni fo-

rum instinc-

tu

Atque ha-

bus vitis e-

st non quibus

aliquo virtutis

virtutis, ne-

eius, sed se-

illa virtutis in-

dandum &

prodigalitas

clinet ad dan-

tia autem de-

retinendum,

malitia pro-

avaria, que

tem diversa-

citer, vel sec-

16.

Identice

discre-

bat

Idem est

clinet ad co-

oppositam g-

clinet ad

oppositam infe-

re

idem specie

proper idem

honestas;

& porus;

trinecte inva-

moderata;

mora subtra-

ita perfecte;

cessaria, ne-

porus; aliquo

proper hon-

v. g. panite

Itaque ra-

nis epidem-

objectiva m-

distinguitur

dem obje-

lum & ipsa

participatio

esse physico, sed etiam in esse morali, quidam qui si de amore Dei, & proximi propter Deum, qui apud Multos habent eandem specie bonitatem moralem.

Profecto longè aliter conservatur aut donatur (saltem in morali distinctione) vita, quam fama vel pecunia: quod si verum est, & à nemine negatur, etiam negari non potest, & verisimum est, homicidium, detractionem & furtum esse peccata specie distincta, non quin unum recedat à medio justitia per excessum, & aliud per defectum, sed quia privant diversa species rectitudine actuali; vel etiam quia privant eadē rectitudine habituali, diversimode deficiendo à medio justitia: sicut enim alio modo conservatur vita, alio modo fama, & alio modo pecunia; si etiam alio modo per homicidium quis privatur vitâ, & alio modo per detractionem famâ, & alio modo per furtum bonis fortuna. Ita docet communis hominum instinctus, ut per consequens ad distinctionem specificam peccatorum oppositorum.

Si inferas: Ergo datur tantum unus habitat virtutis, inclinans in omnes actus virtuosos proper eandem honestatem, alio & alio modo participat.

Respondeo N. C. quia in aliquibus virtutibus apparere manifesta differentia, ex omnimoda distinctione objectorum formalium, quae etiam sufficienter patet ex intrinseca natura objectorum materialium. Porro in casu proposito reperitur eadē specie honestas, quae movet, videlicet honestas temperantia, cuius colummodo participatio mutatur, quae cum etiam aliquo modo attingatur ab actu, jam erit objectum distinctionis.

Atque hæc doctrina applicari potest omnibus vitiis extremè oppositis; quia videlicet non qualibet malitia aliquid actus, contraria aliqui virtutis, privat totaliter honestate illius virtutis, neque secundum omnem rationem ejus, sed secundum diversos actus, ad quos illa virtus inclinat, v. g. liberalitas inclinat ad dandum & retinendum cum mediocritate; prodigalitas ergo destruit illam, quatenus inclinat ad dandum, qui nimium dat; avaritia autem destruit illam, quatenus inclinat ad retinendum, quia nimium retinet: ac proinde malitia prodigalitatis, diversa est à malitia avaritiae, qui privat actu, habente honestatem diversa rationis, vel absolute & simplificiter, vel secundum inadæquatos conceptus.

Item est de sobrietate, quæ quatenus inclinat ad comedendum mediocriter, habet oppositam gulositatem; quatenus autem inclinat ad abstinentiam moderatè, habet oppositam insensibilitatem. Ceterum ipsa est idem species habitus, quia elicit illos actus propter idem motivum principale, quod est honestas, que reperitur in mediocrity usi cibi & potis; hæc autem honestas per se & intrinsecè inventur in sumptione cibi & potis moderata: at vero in abstinentia, quæ est mera subtractione alimentorum, non reperitur ita perfectè, sed tantum quatenus illa est necessaria, ne excedatur in sumptione cibi & potis; alioquin per se non est decens, tametsi propter honestatem extrinsecam possit appeti, v. g. præsidentia, vel similius virtutum.

Itaque ratione hujus diverse participationis ejusdem honestatis, honestas materialis & objectiva moderata sumptionis cibi & potis, distinguuntur ab honestate abstinentie; siquidem objectum alicuius actus virtutis non solum est ipsa honestas secundum se, sed etiam participatio ejusdem: nam propter tales ho-

nestatem non posset res appeti, nisi participaret illam. Cum igitur hic sit diversa participationis ejusdem motivi principalis, erit quoque motivum totale diversum, eti non taliter, sed tantum secundum modum aliquem participationis; quæ diversitas objecti formalis, sicut indubit sufficit ad specificam distinctionem actuum, ita etiam videatur sufficere ad specificam distinctionem honestatum formam; per consequens ad distinctionem specificam peccatorum oppositorum.

Si inferas: Ergo datus tantum unus habi-

17.

Objectus.

tus virtutis, inclinans in omnes actus virtuo-

sos proper eandem honestatem, alio & alio modo participat.

Respondeo N. C. quia in aliquibus virtutibus manifesta differentia, ex omnimoda distinctione objectorum formalium, quae etiam sufficienter patet ex intrinseca natura objectorum materialium. Porro in casu proposito reperitur eadē specie honestas, quae mouet, videlicet honestas temperantia, cuius colummodo participatio mutatur, quae cum etiam aliquo modo attingatur ab actu, jam erit objectum distinctionis.

Addunt Aliqui; quod sicut temperantia, prout est specialis virtus, comprehendit castitatem & sobrietatem, qui sunt distincti habitus, sic forte etiam abstinentiam & moderationem confectionem procedere à diversis habitibus. Nec Philosophi oppidò solliciti fuerunt de hac accurata distinctione virtutum, cum si parvi momenti. At vero de distinctione peccatorum magis curaverunt Theologi, ed quod sit præceptum confitendi peccata mortalia in specie ac figuram.

Ex dictis patet, quare gula & ebrietas sint peccata specie indistincta: siquidem privant eadē rectitudine sobrietatis eodem modo, & ebrietas finit pectata. Quare gula & ebrietas scilicet per excessum in sumendo nutrimento, specie indistincta, quod prefiguratur corporis valetudini ac functioni mentis. Unde vulgaris usus habet, ut tam in cibo, quam in potu dicatur quis sobrios; & honestas utrobique est eadem; videlicet, quæ resultat ex mensura servata in nutritione, seu nutrimento, quod corpori a ratione non præfiguratur.

Admitto, excessum in potu, maximè qui solet inebriare, magis præjudicare rationem, quam excessum in cibo: sed hinc tantum sequitur distinctione penes magis & minus; sicut magis difficile est solvere 100. florenos, quam 10. tamen propter eam non est virtus specie distincta, quæ inclinat ad reddendum 100. ab illa, que inclinat ad reddendum 10. Quia immo posset dari cibus, qui propter varia ingredientia aquæ, forte etiam magis, perturbaret rationem, quam vinum. Cum ergo utrumque nutrit, & utrumque impediatur rationem, est unum magis, quam aliud, nulla est necessitas diversitatis essentialis plus.

rium virtutum, sed eadem specie essentialiter virtus potest versari circa utriusque moderationem: alioquin tot debebunt esse virtutes distinctæ, quæ sunt cibi distincti, qui magis vel minus nutriti; aut potus distincti, qui magis vel minus impediunt rationem.

Nec valet, quod communiter obiectur: aliquis potest esse sobrius in cibo, & non in potu; non valet (inquam) quia talis absolute & simpliciter non est sobrius; veluti qui vult reddere 10. & non 100. absolute & simpliciter non est iustus.

Si autem à me queraras; unde ergo proveniat difficultas, que tentat in abstinentia à potu, & non à cibo; vel vice versa, à cibo, & non à potu; ab uno cibo aut potu, & non ab alio? Respondeo: provenire a extrinseco, vel ex prava consuetudine, vel ex eo quod palatum sit incestum, vel ex alia simili causa, que non sufficit ad diversificandum habitum, vel honestatem virtutis specie seu essentialiter; sed tantum accidentaliter secundum magis & minus.

Si inferas: Ergo etiam fornicatio, & triplex peccatum contra naturam non distinguuntur specie; privant quippe eadē castitatem, eodem modo, scilicet per excessum in re venerea.

Respondeo N. C. Ad probationem dico: Alio modo peccatum contra naturam privat castitatem, aliо modo fornicatio; licet enim utrumque opponatur per excessum, equidem unum peccatum est contra generationem prolis; aliud autem solum contra bonam educationem: adeoque videntur privare non tantum alio modo eadē rectitudine, sed etiam diversis rectitudinibus; quæ deberent inesse actibus oppositis; fornicatio nimis bonâ educatione, peccatum verò contra naturam bono generatione humanae. Siquidem qui vult copulam carnalem, debet sic eam velle, ut sequatur bona educatio; & qui vult seminationem, debet sic eam velle, ut possit sequi generatio humana. Unde non incongrue possent poni plures castitates, saltem actuales, specie distinctæ.

Dices: Ergo saltem peccata contra naturam omnia erunt ejusdem speciei. Respondent: Aliqui concedendo totum: Quia (inquit) malitia horum peccatorum in hoc formaliter constituit, quod semen extra vas naturale effundatur; quod autem hoc fiat manibus, vel contactu alterius corporis hominis vel bestie, non videtur importare nisi distinctionem accidentalem; simili modo quo pollutio, que procuratur tactibus manuum, est eadem specie cum illa, quæ procuratur tactibus vestrum.

Hæc sententia adscribitur D. Thomæ 2. 2. q. 154. a. 11. ubi postquam docuisset vitium contra naturam esse determinatam speciem

luxuriae, illico subjungit: Quidquid potius pluribus modis contingere. Vno quidem modo, si absque omni concubitu causâ delicationis venere pollutio procuretur, quæ perimet ad peccatum immanducit, quam quadam molitione vocant. Alio modo, si fiat per concubitum ad rem non in se distinguebilem, quod vocatur bestialitas. Tertio, si fiat per concubitum ad non debitum sexum, patet masculum, vel feminæ ad feminam (ut Appellat dicit ad Rom. 1.) quod dicunt sodomitum vitium.

Quarto, si non servetur naturalis modus concubendi, aut quantum ad instrumentum non debitur, aut quantum ad alios monstruosos & bestiales concursum modo. Ecce (inquit Caramuel Theol. Fundament. 1. editionis n. 112.) in modis & non in species subdividit Doctor Angelicus contranaturale peccatum. Plures Auctores pro hac opinione refert sequentibus numeris, quos vide si placet. Iste autem part. 2. Theol. Fundam. n. 111. sic ait: Quidquid de schola sit & probabilitate, hanc practicam Conclusionem subscrivo: Distinguuntur specie; quam unicam doceo & propugno. Hæc ille, & ego.

Sed, dicit aliquis, quo fundamento? Nam Caramuel nullum assignat. Respondeo: non ^{scimus} ^{igitur} ^{potius} alio, quam communis prudentis sensu & apprehensione. Hæc siquidem Aliorum est doctrina, peccata opposita eidem virtuti; si non physica, saltem morali species diversificari a communi prudenti judicio & apprehensione. Porro communiter prudentes longè aliam, & quasi essentialiter diversam deformitatem apprehendunt in peccato sodomitico, aut peccato bestialitatis, quam in peccato molitiae; propter longè aliam, & quasi essentialiter diversum modum, quo illa peccata committuntur. Ex quo patet responsio ad rationem Adversariorum, & auctoritatem Divi Thomæ.

Ex vero Alex. VII. anno 1665. 24. Sept. damnavit & prohibuit, ad minus tangum scandalosum, hanc Propositionem: Molitus, Sodomia, & Bestialitas sunt peccata eiusdem peccati insimiles, ideoque sufficiunt dicere in Confessione, se præcurse pollutioem. Maneat ergo hoc peccata esse specie morali distincta, ideoque explicanda esse in Confessione.

Idem communiter dicitur de incestu cum parentibus (itemque cum fratre, vel sorore) videlicet, eum specie morali esse distinctum; interdum & indecumque deinceps, quod non definet, ab incestu cum aliis consanguineis vel affinis; qui prudentes longè aliam in eo apprehendunt deformitatem; quamquam non definet, qui potest omnes incestus esse ejusdem speciei insimiles, quia videlicet privant eadem honestate eodem modo, patet reverentia debita consanguineis vel affinis in actu venereo.

Quod enim (inquit) illa reverentia inter aliquos consanguineos sit debita jure naturali vel divino, inter alios autem jure tantum humano,

mano, partem, cum hibeat talerum ejusdem re turalis necessariam inten sionem; haud enim legem humana venientem b.

Sanè hæc oritur ex econ carne & sangue & affines co est hi magis

Putas, si specie à similitudine in una re sit junctio cum quia irreverenter consequenter in uno casu similiter, lidiator sit co quā inter attamen quād etiam confere quamvis in Auctores pro

Itaque, ut tem Conclusionem curavissent, distinctione distinctum confitebantur, specie ac signo clarare peccata insuper requiescantiarum, & non minori cant huiusmodi distinctio, quæ ut haberent, Cœlia, sive adiactum, que secundum esse habent in genere.

Ex quo adhuc moraliter isti modi sit ex confidencia & indifference situtur esse tamen circumstans clarum est.

Patet II. sacræ non di simili fure tam specie malitia sit fū in iustitiae occidens est

19. Obiectio solvitur.

20. Alia obiectio.

Responsio. Alio modo privat ca- sitate peccatum contra natu ram, alio fornicatio.

21. An omnia peccata contra na turam sint ejusdem speciei.

ROS C

mano, parum resert ad distinctionem specificam, cum lex humana ex eodem morivo prohibeat talium actum; ex motivo (inquam) eiusdem reverentia: quia quamquam lex naturalis non dicit hanc reverentiam esse necessariam inter aliquos consanguineos vel affines, haud equidem impedit eam induci per legem humanam, tanquam congruum & convenientem bono communis.

Sanè hæc reverentia, seu debitum ejus, oritur ex eo, quod aliqui communicent in carne & sanguine. Porro omnes consanguinei & affines communicating in carne & sanguine, est hi magis immediatæ, quam illi. Num ideo distinctio specifica?

Putas, simonia juris divini, distinguitur specie à simonia juris humani? Quamvis enim in una re sit immediataria participatio & coniunctio cum Deo, quam in alia re; attamen quia irreverentia utrobique est eadem, etiam consequenter eadem est irreverentia, quamvis in uno casu sit major, quam in alio. Ergo consimiliter, licet inter patrem & filiam immediatior sit communicatio carnis & sanguinis, quam inter fratrem & fororem aut neptem; attamen quia reverentia utrobique est eadem, etiam consequenter est eadem irreverentia, quamvis in uno casu major, quam in alio. Autores pro hac opinione videre poteris apud Diana p. 1. tract. 7. resol. 31.

Itaque, ut progredeamur ad secundam partem Conclusionis, omnes Theologi maximè curaverunt, & summoperè solliciti fuerunt de distinctione peccatorum, eò quod si præceptum confitendi omnia peccata mortalia in specie ac signillatum. Et quia non sufficit declarare peccata sua in specie & signillatum, sed insuper requiritur declaratio earum circumstantiarum, quæ speciem peccati mutant; hinc non minori sollicitudine investigant & expllicant hujusmodi circumstantias. Interim distinctione, que ex ipsis petitur, accidentalis est; ut habet Conclusio, eò quod sine accidentia, sive adjuncta extra substantiam istorum actuum, quæ circumstantia, si eos consideres secundum esse specificum & primarium, quod habent in genere moris.

Ex quo patet I. non esse circumstantia actus moralis, quod sit liber; itemque quod non sit ex consideratione bonitatis, malitia, aut indifferentie objectivæ; per hæc enim constituitur essentialiter prima moralitas: sunt tamen circumstantiae actus in genere naturæ, ut claram est.

Pater II. per malitiam sacrilegii furtum rei sacre non distinguunt essentialiter & specificè à simplici furo: quamvis enim habeat malitiam specie distinctam; equidem cum hæc malitia sit furo in sua specie (id est, in specie iniquitatis constituto) accidentalis (quia per accidens est, quod res sit sacra) solum diffini-

guit illud accidentaliter; eodem modo, sicut homo albus distinguitur dum taxat accidentaliter ab homine nigro, tametsi homo albus habeat aliquod accidens, essentialiter distinctum ab homine nigro.

Dices: Circumstantia illa est objectum; atqui ex objecto sumitur distinctio specifica: ergo &c. Respondeo dist. Majorem; Circumstantia illa, v.g. quod res sit sacra, est objectum speciei, quam constituit, putat sacrilegii, concedo: est objectum speciei, quam supponit constitutum, v.g. iniquitatis, nego.

Et ideo signanter dixi in Conclusione: Ex circumstantiis qua tales sunt, id est, quatenus sufficienti aliquem actum, jam in prima specie moris constitutum. Nam quando circumstantia dat primam speciem in esse moris, tunc non manet in ratione circumstantie actus in esse moris (quamvis bene actus in esse physico) sed transit in rationem objecti; v.g. quod res, quam accipio, sit aliena, per accidens est; adeoque est alienam, est circumstantia illius actus in esse physico, vel etiam in esse moris medi; id est, nec boni nec mali, nihilominus transit in rationem objecti, & dat primam & essentialiem speciem in esse moris extremi, id est moris mali, putat iniquitatis. Simili certatur in copula conjugali, exercita in loco sacro; tametsi enim species sacrilegii, sit accidens respectu entitatis physicae, immo etiam moralis indifferentes aut bona; nihilominus est prima species in esse moris mali; adeoque sub tali consideratione non est circumstantia, sed objectum.

Cur autem in furto rei sacra, potius sacrilegium sit accidens, quam furtum; ratio est: quia potest esse furtum sine sacrilegio, non è contra sacrilegium sine furto; id est, ablatio rei sacra potest esse furtum, & non sacrilegium, v.g. si res non esset sacra: non potest autem esse sacrilegium, & non furtum; quia in ea constituit essentialis ratio istius sacrilegii, quod res aliena sacra auferatur; ita ut si esset res propria quamvis esset sacra, ejus ablatio non esset sacrilegium: si autem non esset sacra, dummodo fore aliena, ejus ablatio esset furtum. Ergo potius malitia sacrilegii circumstat malitiam furti, quam vice versa malitia furti malitiam sacrilegii.

Plura hic examinanda occurserent, nisi accurata explicatio hujus materie (ut superius insinuavi) pertineret ad Tractatum de Actibus humanis, ubi communiter à Theologis recentur septem circumstantiae, comprehensa hoc veritulo:

*Quis, Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur,
Quomodo, Quando.*

Quæ quoniam frequenter mutant speciem vel numerum peccati, adeoque explicande sunt in Confessione, placuit singulas perstringere, obiter resolvendo aliqua dubia practica, quæ circa illas solent occurrere.

Y y y 3 Et

27.

*Cur in furo
rei sacra
potius fa-
ctilegium
sit accidens
quam furtum.*

25.

*atqui ex ob-
jecto sumi-
tur distinctio
specificæ: Ob-
jectio
ergo &c. Respon-
deo dist. Majore;*

26.

*Cur in furo
rei sacra
potius fa-
ctilegium
sit accidens
quam furtum.*

Et primò quidem circa primam circumstantiam, id est, circa personam penitentis, solet dubitari; utrum qui violarit votum solenne castitatis, teneatur id explicare in Confessione; an vero satisfaciat, dicendo: *Violavi votum castitatis*? Respondeo & dico 2.

CONCLUSIO II.

Qui violavit votum solenne castitatis, satisfacit dicendo in Confessione: *Violavi votum castitatis*.

28.
Probatio
Concl. quia
votum solem
nem est
specie indi
stinctum à
simplici.
Sanchez,
Diana,
Lugo,
Arrigo,
Diezillo.

Cap. 6. Qui
Clerici vel
voventes.

Voto in 6.

29.
Objecio.

Solvitur.

Ita docet Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 27. n. 27. & lib. 5. Sum. c. 6. n. 14. & Alii, quos citat Diana p. 1. tract. de Circumst. resol. 4. Atque hanc sententiam probabilissimum vocat Lugo disp. 16. n. 147. eam quae amplectetur Arrigo disp. 32. n. 19. & Dicillo disp. 9. n. 315. Ratio fundamentalis est: quia votum solenne castitatis est specie indistinctum à voto simplici, argumento cap. Rer. fus. 6. Qui Clerici vel voventes, ubi Celestinius III. sic ait: *Vnde à Fraternitate tua requisiſti, arbitramur, quid cum ſimplex votum apud Deum non minis obliget, quam ſolemne, pro eo quid invavit temere, Pénitentiam agat, & votum quod Deo deficit, ſtudeat obſervare.* Item cap. Unico de Voto & Voti redempt. in 6. ibi: *Nos igitur attenderemus, quid voti ſolemnis ex ſola Conſtitutione Eccleſiae eſt inventa &c.* Ita Bonifacius VIII. Biterenſ. Episcop. Ergo in ratione praefata voti, id est, promiſſionis facta Deo, ſunt eiusdem ſpeciei, & ſolū diſſerunt accidentaliter per efficaciam ſeu vim perpetuam irritandi matrimonium ſubſequens, quæ ſicut inducet eft per Eccleſiam, ita per eandem tolli poſſet; adeoque votum ſolemne fieri poſſet ſimplex, ſinē ulla intrinſeca mutatione: ergo non diſſerunt eſſentialiter.

Dices: ſufficit mihi, quid diſſerant accidentaliter: nam etiam furtum ſimplex, & furtum ſacrilegium ſolum diſſerunt accidentaliter (ut dictum eft in praecedentibus Conclusiōne) & tamen neceſſari ſpecificanda ſunt in Confessione.

Respondeo; planè ad hanc neceſſitatem ſufcicer diſſinſionem accidentalē, quando accidens tribuit malitiā ſpecie diſſinſionis actui ſubſtantiali, id eft, quando ſpecialiter prohibetur, ſenſi opponitur ſpeciali virtuti, prout fit in furtu ſacrilegio: at vero in caſu praefenti, efficacia irritandi matrimonium non tribuit ſpecialē malitiā cuicumque actui oposito castitati; fed tantum contractui matrimoniali, qui ſpecialiter prohibitus eft illis, qui valide nequeunt contrahere.

Unde indubie, qui habens votum ſolemne castitatis contaxisſet Matrimonium, non latet, ut votum ſolemne contra illes matrimonii, debet hoc mentum invalidum; & contra virtutem iustitiae, dans coniugi corpus ſuum, quod dare non poterat, nec licite nec valide; ac proinde potius corpus alienum, quam ſuum. Neque de tali actu loquitur Conclusio, fed de praefata violatione castitatis per pollutionem v. g. fornicationem, aut ſimiles actus diſtinguos à contractu Matrimonii, quos exſitamus, ex illo impedimento diſtingue Matrimonium, nullam ſpecialem contrahere malitiā, ſalem ſpecie diſſinſionem à violatione voti ſimplis.

Nec contrarium probat hoc argumentum: ideo copula cum confanguinea intra 4. gradum habet malitiā inceſtū, explicandam in Confessione, quia Ecclesia prohibuit & irritavit Matrimonium inter illos, & ablatā Ecclesia prohibitione, fornicatio cum confanguinea in ſecundo gradu tranſverſo, non habet malitiā inceſtū: ergo impedimentum irritans Matrimonium Religiosi ſufficit, urfornicatio Religiosi habeat malitiā ſpecie diſſer- versam explicanda.

Respondeo N. C. Si intelligas malitiā diſſer- ſie diversam à violatione voti ſive facili- gio: nam tota malitia, quæ reſulta ex illo impedimento, eft contra Religionem & obſervantiam voti; ideo enim Ecclesia irritat matrimonium Religiosi, ut obſerve votum castitatis: quare explicata violatione voti castitatis, explicata videtur tota malitia pectinata.

Non ergo negamus, ex illo impedimento diſtingue malitiā ſacrilegiū, ſicut in Antecedente ex impedimento irritante Matrimonium inter confanguineos, reſulta malitiā inceſtū; ſed dicimus, malitiā inceſtū eft ſpecie diſſinſionem à malitia ſimplis fornicationis, cum habeat motivum ſpecie diſſinſionis, ſelicet reverentiam debitam confanguinitatis. Quid ergo mirum, ſi debeat diſtingue explicari, cum nullatenus explicari ſolū malitiā fornicationis? At vero in noſtro caſu eum tam matrimonium, quam fornicatio pro- hibetur ob idem prorsus motivum, ſelicet, ut Religiosus obſerve votum castitatis; dum explicari votum castitatis, explicari tota ſpecifica malitia, quæ in fornicatione Religiosi reperitur.

Si inſtes: ſaltem illud impedimentum eft circumſtantia notabiliter aggravans, aut etiam virtualiter multiplicans numerum malitiarum; etenim Religiosus dispensatus ad Matrimonium, adhuc committeret ſacrilegium fornicando. Respondeo: Eſt notabiliter aggrevat (ut Sanchez ſuprā docet) Conclusio loquitur ſecundū illam ſententiam, quæ negat

Sect. negat illam.

Et ut v-

ideo ob

Religiosi,

Sanchez ſup-

teor, perſo-

num ſentie-

loquendo nu-

tum ad mul-

demus, me-

rum in eadē

nihil facere

ſtinctiōne

His tamē

tentia eft m-

ſuprā; & Lu-

cas verius, c-

nisi explicet

148. quia E-

obligavit Da-

ſed dicavit &

niciarius pecc-

ſed etiam cor-

nium dedi-

malitia ſpeci-

da; ſic Relig-

ſoli ſue va-

corporis Re-

vit, peccat no-

fed etiam con-

dominium tra-

qualem adulter-

do fidem da-

beret hanc cir-

explicare. H.

Sed non af-

ptione ſtarū

five per voti

cietate. Iefu

fructuofus 26.

alios omnes &

muli, bimini

vota predicta,

tentis in future

& effe; & ubi

nominari debe-

merum adcrip-

assumptione

venire tradit-

contractu ma-

ſorum apprehen-

tiere interna-

roſis delecta-

tatibus aut e-

Et quod p-

ſi omnes Reli-

giatioſi ſu-

per et ad

caſtationem.